Hic est iohan
nes evan
gelista unus ex di
scipulis dei. qui vir
go a deo electus est
quem de nuptiis
volentem nubere
vocavit deus. cui vir
ginitatis in hoc dup
lex datur testimoni
um in evangelio quod
et pre ceteris a deo dile
ctus dicitur. et huic
matrem suam pendens
in cruce commendavit
deus ut virginem
virgo servaret. De
nique manifestans in
evangelio quod erat

Aug. Omnibus divine scripture paginis evan
gelium excellit. quod enim lex et prophete futurum predixe
runt hoc completum dicit evangelium. Inter ipsos autem evan
geliorum scriptores iohannes eminet in divinorum misteriorum
profunditate. Qui a tempore dominice ascensionis per
annos lxv. verbum dei absque ammiculo scribendi
usque ad ultima domiciani predicavit tempora. Sed
occiso domiciano cum permittente nerva de exilio
rediret ephesum: compulsus ab episcopis asie: de coeterna
divinitate filii scripsit adversus hereticos qui eo
absente in eius ecclesiam irrupperant qui christum ante
mariam fuisse negabant. Unde merito in figura
iiii. animalium: aquile volanti comparatur que volat
altius ceteris avibus et solis radios irreverberatis lumini
bus aspicit. Ceteri quippe evangeliste qui christi temporalem
nativitatem et temporalia eius facta que gessit in
homine sufficienter exponunt. et de divinitate pauca
dixerunt: quasi animalia gressibilia cum domino ambulant
in terra. Hic autem pauca de temporalibus eius gestis e
disserens sed divinitatis potenciam sublimius commen
dans. cum domino ad celum volat. Qui enim super pec
tus domini in cena recubuit: celestis haustum sapie
ntie ceteris excellencius de ipso dominici pectoris fon
te potavit. Legerat siquidem tria evangelistarum
evangelia et approbaverat fidem eorum et veritatem. in quibus
videt deesse aliqua gestarum rerum hystorie et ea
maxime que dominus gessit primo predicationis sue tem
pore. scilicet antequam iohannes baptista clauderetur in carcere. Hec
quasi omissa ab aliis scribit iohannes que fecit ihesus
antequam iohannes traderetur. Sed maxime divinitatem christi et unius
trinitatis commendare curavit. Tres siquidem
alii evangeliste dicta et facta domini temporalia que
ad informandos mores vite presentis maxime va
lent copiosius persecuti: circa activam vitam sunt
versati. In qua laboratur ut cor mundetur ad videndum
deum. Iohannes vero pauca domini facta dicit. verba domini que trinita
tis unitatem et vite eterne felicitatem insinuant di
ligentius conscribit. et sic in contemplativa virtu
te commendanda: intentionem suam et predicationem
tenuit. in qua contemplativa vacatur ut deus videatur.

Iste scilicet Iohannes est quem dominus de fluctivaga nuptiarum tempestate vocavit. cui et matrem virginem virgini commendavit.

Ipse incorruptibilis verbi opus inchoans solus verbum carnem factum esse nec lumen a tenebris comprehensum esse testatur. primum signum ponens quod in nuptiis fecit dominus, fecit ostendens quod ipse erat, ut legentibus demonstraret quod ubi dominus invitatus est deficere nuptiarum vinum debeat, et ut veteribus immutatis nova omnia que a Christo instituuntur appareant. Hoc autem evangelium scripsit in Asia postea quam in Pathmos insula apocalipsim scripserat, ut

A temptationibus Christi que fuit post baptismum eius usque quo Iohannes fuit in carcere. et hec fuit pars anni et pars alterius anni in quibus tres evangeliste de Iohanne missus in carcerem.

Vinum aliud est nuptiale, aliud spirituale. nuptiale vinum ad litteram possumus dicere vinum quod deficiebat ibi, unde mater eius dixit: vinum non habent. Vinum spirituale ad litteram possumus dicere illud quod de aqua substitutum est. Spiritualiter per vinum quod defecit in nuptiis possumus legem coniugii intelligere, que cum adventum Christi fere ab omnibus custodiebatur quia eis dicebatur: Crescite et multiplicamini. et steriles que non pariebant magno opprobrio custodiebantur. Sed veniente Christo iam in quibusdam cepit vinum deficere. et aliud vinum, scilicet virginitatis, sicut in Maria, Iohanne, Stephano et aliis infusum. Ideo autem dicitur vinum coniugale ipsa lex coniugii, quia sicut vinum inebriat hominem et astatam sue mentis alienat, sic lex coniugii alienat hominem ab hiis que dei sunt et sollicitum facit circa mundanas res quibus se et coniugem et filios nutrire queat. Castitas dicitur vinum spirituale quia quod illud facit scilicet istud facit deo, quia facit postponere mundana et celestibus inhiare. et ideo posuit hoc ut demonstraret quod ubi dominus est invitatus, id est in mentibus illorum ad quos invitatus venit vinum nuptiarum, id est veteris consuetudinis debeat deficere et veteribus immutatis, id est dimissis, omnia appareant nova que a Christo constituuntur.

B. Contra eos qui propter temporalem Christi nativitatem dicebant Christum non semper fuisse, incipit de eternitate verbi dicens: In principio erat verbum. Verbum dicitur vel quod profertur et transit ut quod dicitur deus, vel aliquid huiusmodi, vel cogitatio seu conceptio mentis, quod eternum

cum in principio cano
nis incorruptibile prin
cipium prenotatur
et incorruptibilis fi
nis per virginem in apo
calipsi redderetur di
cente Christo ego sum
alpha et ω. Et hic
iohannes est qui sciens
supervenisse diem re
cessus sui: convocatis
discipulis suis in eph
eso per multa signo
rum experimenta pro
mens Christum descendens
in defossum sepulture sue locum
facta oratione positus est ad pa
tres suos. tam extraneus a dolore
mortis: quam a corruptione carnis
invenitur alienus. tamen post omnes scrip

Iohannes interpretatur gratia dei
sive in quo est gratia. vel
cui donatum est. Cum
autem theologorum
donatum est ita absc
ondita summi boni pe
netrare misteria et
sic humanis menti
bus intimare
annuntiat.

Ecce auctor boni
orum ab eo quicquid non
est.
auctor malorum. Sed ne quis ista mutabilia sunt
ipsa voluntas et ratio et sapientia dei videretur esse muta
bilis: addit quod semper est in principio et est immutabile. erat

te nata: cum ipsa mente permanet. ut quando cogitas
vel divinam substantiam vel aliquam rem. hac similitudine
ratio et sapientia dicitur. que ex deo nata omnia comprehen
dit: verbum dicitur. hoc dicit esse in principio. contra eos qui
quia ex tempore dicitur nasci ex virgine: dicunt non
semper fuisse. In principio .i. in tempore quod est princip
ium non de principio ipse est eo quod principium de principio
in quo solo vocatur eternitas ubi que omnia precedit.
Sed quia alii dicebant quod idem deus aliquando est pater. aliquando
est filius. ut alternatim vocetur in persona dicit. Et verbum erat apud deum.
ut alius apud alium. Sed quia alii concederent et semper alium
fuisse: sed non deum esse subdit. et deus erat verbum. Sed
quia verum alii concederent esse
deum sed factum ut ex hominibus fuit
dii: contra eos addit. hoc .i. ver
bum: erat apud deum in princip
io .i. ante omnia. natus ex deo. in
quo et coomnipotens et consub
tancialis et coeternus indicatur.
Postquam a dignitate de natura filii. de
operacione ipsius supponit. omnia
per ipsum facta sunt. Omnia .i. quicquid est
sive in substantia. sive in ali
qua naturali proprietate. et sine
ipso factum est nichil quia non est natura
lis sed est privatio nature ut ma
lum sive peccatum. Ecce non est

vivens et permanens in ipso.
ut archa facta in opere mu
tatur et perit. archa in mente
artificis permanet. ita ut
ex ea alia et alia possint fieri.
illa prius facta pereunte et ita
constat quod creatura non est creatrix
coeterna. Sed ars et ratio et sapientia
ex qua sunt deo coeterna. Dicto quod
sit natura verbi. que res

112 v

operatio supponit quod faciat humane creature rationali. et hec est vita .i. sapientia dei in qua vivunt omnia. erat quidem in se lux. et si umquam non sentirent lux est illuminatio hominum non peccatorum vel aliarum rerum. et hoc quod lux lucet quantum in se in tenebris sicut sol super cecum et non illi mali ut ceci non sentiunt solem. Si enim comprehenderent tenebre non essent. Ut autem et ipse tenebre possent comprehendere et punitus est homo intestinum lucis et ipsa lux .i. verbum factum caro.

(sive commendatione virginitatis) sit evangelium. et hec virgini celeba (sive evangelistarum) tur quorum tamen scriptorum vel temporis dispositio vel librorum ordinatio. ideo a nobis per singula (sive ut nescientibus) non exponitur ut sciendi desiderio (sive doctrina) (sive per penitentiam) collocato et querentibus fructus laboris et deo magisterii doctrina servetur.

qui (pro parvulis) innotuit ut lac per parvulos. In forma enim deitatis non posset nosci a parvulis.

In principio .i. in patre qui est principium sine principio. filius qui est patris principium de principio. Vel in principio omnium creaturarum vel temporum. quia ab ipso omnia habent principium existendi.

Alii evangeliste describunt Christum natum ex tempore. Iohannes affirmat eum fuisse in principio. non fuit antequam pater quia filius. Ecce filius alia persona a patre. una substantia cum patre.

Et verbum. Alii videntur homines subito apparuisse. Iohannes dicit apud deum semper fuisse ac vere verum hominem. Iohannes verum deum asserit dicens et deus erat verbum. Alii verum hominem vident homines tem

(id est in patre. sive non in maria incepit. ut quidam volebant.)

IN PRINCIPIO ERAT VERBUM

(vel id in substantia. et sic alia in persona quod quidam negabant. sive ut alia persona subsisteret.)

ET VERBUM

(ne dicatur esse cum deo et non) ERAT APUD DEUM. (sive ipse filius erat deus.) ET DEUS (deus.) ERAT VERBUM.

(sive ita erat) HOC ERAT IN PRINCIPIO (unum cum patre. ut de creaturis) APUD DEUM. (sua preveniret essentia. sive omnia creata visibilia.) OMNIA PER IPSUM (tam visibilia omnia formata omnia ipsa creata omnia condita a parte) FACTA SUNT

Sum verbum duplicem habet significationem aliquando enim temporales motus secundum analogiam aliorum verborum declarant. Aliquando verbum vero cuiusque rei de qua predicatur sine ullo temporali motu designat id est substantiam vocatur. Tale est quod dicitur In principio erat verbum quia in patre substitit filius non enim per tempore per substantiam patris. Quater ponitur erat substantivum verbum ut intelligas omnia tempora prevenisse eternum patris verbum.

Verbum non plane sed semper apud eum manens.

3

[illegible] principio erat verbum. [illegible] principio erat verbum apud deum. [illegible] omnia per ipsum facta sunt. [illegible]

principium referre [illegible] et notat eternitatem. ut in apocalypsi. ego sum alpha et omega. quod potuit primo et post sicut in principio erat verbum. [illegible] per duas personas patre et filio et notat unitatem. [illegible]